

Mazola, Berguncio Senioris boni, Gulliemo Li-
prandi Oberto Petri, Belamonte, & Bambono,
Odone Bellize, Guniperto Bolle, Luvardo Bruningi,
Berguncio Guinize, & prædictus Bruno, & Ade-
laida jugalis qui hanc donationis fieri rogaverunt,
ut supra.

Subscripsi cum signo tabellionatus ego Petrus qui
dico Ferrarius Notarius sacri palatii autenticum
hujus instructionis vidi, & legi, & ut in illo reperi
in hoc ita scripsi nil addens, vel mutans præter
punctum, vel syllabam. Ego Otto notarius sacri
Palatii. Ego Vermus notarius sacri Palatii.

*Sententia D. Algisi Archiep. Mediol. contra
Monacos S. Petri.*

32

M C V I I I.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Dum causa
quædam inter Canonicos Aquensis Ecclesiæ, &
in altera parte Abbatem, & Monacos S. Petri
ejusdem civitatis, in qua ipsi Canonici universam
parochiam Aquensem & majores missas in exequiis
defunctorum, tam in ipso monasterio, quam alibi
Episcopo ibidem missam non celebrante, ad se per-
tinere proponebant, coram Domino Uberto Aquensi
Episcopo verteretur, & fuisset ventilata, ipsa causa
ad Dominum Algisium Dei gratia Mediolanensem
Archiepiscopum pro appellatione delata est. Præ-
scripsit itaque Archiepiscopus utramque partem ante
suam convocari præsentiam, ac de causa ipsa diligen-
ter cognoscens obligationes, & attestations hujus-
modi studuit inspicere. Visis igitur utriusque partis
attestationibus, & rationibus, & diligenter inspectis,
habito quoque fratrum suorum, & aliorum sapien-
tum, tam clericorum, quam laicorum consilio,
præfatus Dominus Archiepiscopus universam paro-
chiam Aquensem, & majores missas defunctorum
in monasterio S. Petri, cum ipsi Canonici ad exe-
quias fuerint invitati, Episcopo quoque missam ibi-
dem non celebrante, sæpèdictis Canonicis majoris
Ecclesiæ adjudicavit; ac nequid in fraudem a Mo-
nachis, quum supradicti Canonici missam ibi majo-
rem celebraverint, fiat, per suam decrevit senten-
tiam, & sic ea causa finita est.

Anno Domini millesimo centesimo octavo indict.
XIII. XII. kalen. julii datum per manus magistri
Rolandi Mediolanensis Ecclesiæ Cancellarii. Ego
Joseph Scriba notavi, & scripsi.

Diploma Henrici Imperatoris Cunrado, & 50

Guidoni Cani ex apographo anni 1322.

coram Alinerio de Casali Potestate

Tridinenfi rite ex orig. exscripto

33

M C X V I.

Henricus divina favente clementia Imperator,
noverit industria Jofredum dilectissimum no-
strum Vercellensem videlicet Episcopum nostram
humiliter exorasse clementiam, quatenus Cunrado,
& Guidoni Cani, suisque ejusdem honoris confor-
tibus omnem honorem districtum hominum, abia-
ticum in curte castrorum, Cellarum, de Fraxinelli,
nec non & Fibinarum, & Cuccari nostra Imperiali

auctoritate confirmare dignaremur, cujus petitioni-
bus annuentes . . . prænominatum . . . confirma-
mus . . . largimur insuper . . . ut jam dictis con-
sortibus omnis Arimani, qui in curte . . . ad eorum
convenient placitum, & ita per legem, & pugnam
omne placitum tam ipsi, quam sui heredes ante se
definiant, quemadmodum ante nostram præsentiam,
vel nostri comitis Palatini facere debuerant omni
ratione Imperiali salva existente. Præcipiendo ita-
que jubemus, ut nullus dux . . . prædictos confor-
tes, aut suos heredes, aut dictos Arimanos inquie-
tare . . . aut de suis prædiis disvestire, aut in per-
sonis manum mittere præsumat, nec ad saltum super
eos facere, nec fodrum tollere, non fictum quæ-
rere, nec Mansionaticum potestative accipere au-
deat . . . hoc etiam jubentes, ut neque dux, &c.
dictos consortes ad suum placitum deducere, aut
invitare præsumat, & si aliqua lis, juste definiatur
ante nos, vel nostrum comitem Palatinum. Beren-
garius Cancellarius, & Episcopus, Ardicio Episco-
pus, Guido comes Palatinus, Bonifacius Marchio,
Anselmus Marchio, Rainerius Marchio. Data X.
kal. junii indictione nona, anno Dominicæ Incar-
nationis MCXVI. regnante Henrico V. Rege Ro-
manorum anno X. imperante VI. Actum Paciliani
feliciter amen.

*Fidelitas Marchionis Oberti Landulfo Asten-
Episcopo ex cartulario ejusdem Ecclesiæ.*

M C X I X.

34

* D. Obertus Marchio, quod possidebat ex
parte Ecclesiæ Astensis in loco S. Salva-
toris refutavit in manu D. Landulfi Astensis Epi-
copi, & ipse reddidit ei, quod debet esse fidelis
Astensi Ecclesiæ, & ipsi Episcopo, & suis succes-
soribus. Et factum est hoc equitantes per viam inter
Occimianum, & Fraxenetum in præsentia bonorum
hominum, idest D. Willelmus Montis magni, &
Marchio Viarizii, & præbiter Germanus S. Johan-
nis Modiliani in die sabbati 14. kal. augusti ann.
ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1119.
indict. 12. feliciter. Ego præbiter Germanus rogatu
ipsorum scribere feci.

*Venditio cujusdam terræ in loco Roboreti,
facta ab Otta, Lamperto, & Oberto Johanni
Præsb. Eccl. S. Andreae ex Arch.
Episcopatus Aquensis.*

M C X X V I I.

35

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi
millesimo centesimo vigesimo septimo calen-
dis madii, indict. XI. Constat nos Otta filia quon-
dam Vilelmi, & Lamperti, & Oberti germani,
filii quondam Ottonis comperti sumus nos omnes
ex natione nostra lege vivere Romana accepisse,
sicut & in præsentia testium accepimus a te Johan-
nis præbiter prior, & missus Ecclesiæ sancte An-
dree argentum denariorum bonorum solidos quadra-
ginta & septem finitum pretium pro pezia una de
terra aratoria juris nostri, quam habere visa sum
in loco, & fundo Roboreto, & jacet ad locum,